



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corona Avrea S<sup>v</sup>pere Mithram Romani Pontificis**

**Raynaud, Théophile**

**Romae, 1647**

Subnotatio II. Indicatio veritatum Theologicarum, recensisit Pontificijs  
titulis abditarum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10481**

dus serm. 5. in festo omnium Sanctorum, agens de laude, quæ iuxta Apostolum, erit Sanctorum vnicuique à Deo: quod hic æquè valet, cū laus ista, æquè sit à Deo, ut monstratum est.

---

## S V B N O T A T I O II.

### *Indicatio veritatum Theologicarum, recensitis Pontificijs titulis abditarum.*

**I**NDICATIONEM duntaxat recipio, quia si eadem veritates prosequendæ essent iusta tractatione, spissum volumen esset conscribendum. Itaque strictim duntaxat & obiter indicabo, quantæ opes in propositis titulis Pontificijs delitescant, notatis simul Doctoribus, à quibus singulæ veritates hīc attingendæ, excutiuntur diligenter.

### V E R I T A S I.

*Romanus Pontifex, est visibile caput Ecclesiæ uniuersalis.*

**A**Perte & in actu signato id ferunt plerique tituli recensiti Litera C. idque omnibus esse exploratum, contestatur Philippus Coelestini Papæ in Ephesino Concilio legatus, verbis illis tom. 2. eiusdem Concilij edit. Pelta. c. 26. [ Nulli dubium, imo sæculis omnibus notum est, Sanctum Beatissimumque Petrum, Apostolorum Principem & caput, fideique columnam, Ecclesiæ Catholicae fundementum, à Domino I E S V Christo Saluatore nostro, humanique generis Redemptore, Coelestis Regni claves accepisse, soluendique atque ligandi potestate quā acceperat usum fuisse; necnon per Successores suos huc usque semper viuere, causasque decernere, semperque vi-

T t

ctu-